




109.





37

DISPVATIO JVRIDICA
DE
**PRAEDIIS
CENSITICIS
RVRALIBVS**

QVAM
PRAESIDE
DN. CASPARIS ZIEGLERI
JCTI ET ANTECESSORIS IN HAC ACADEMIA
FAMIGERATISSIMI, POTENTISSIMI ELECT. SAX.
CONSILIARII, ET FACVLTATIS JVRIDICAE ORDINARII
MAXIME MERITI
DOMINI ET PATRONI SVI INDEFESSO
OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDI
LITTERATORVM JVDICIO, EA QVA PAR EST VENERATIONE
SISTET EXAMINANDAM
IN AVDITORIO JCTORVM

DIE XV. JUN. MDC LXXXVII

A. ET R.
MAGNVS LOESER.

VITEMBERGÆ, RECVSA 1745.

5

DISPUTATIO JURIDICA

DE

PRÆDII
CENSITICIS
RVRALIBVS



DR. CASPAR NIEGLER

ICHT ET ARCESSO IN HAC ACADEMIA
FAMILIARISSIMI PATRIS MESSINI ELECTORIS
CONSILII ET FACULTATIS PRAESIDENTIS

DOMINI ET PATRONI ZEINDESSO

OPERTUM JURE CIVILI DOCTORE

IN APTIDIO

ANNO 1744

M. A. V. S. J. O. S. E. R.

1744





§. I.



um accingor Periculum Academi-
cum edere, de Prædiis Censiti-
cis Ruralibus, quæ vulgo Zün-
Güther appellamus, scribere pla-
cet. In quo proposito duo ma-
num scripturientem aliquanto re-
tinere visa sunt: alterum, ne
actum agere censear: cum tot in Jure & foro exerci-
tatisimi & sublimes Viri exacte in monumentis suis
cedro dignis hac de materia egerint; alterum, ne
præcipitis arguar Judicii: quod Scrip̄is Virorum de
literis optime meritorum, pro re nata, vel refraga-
ri, vel aliquid addere tentem. Utrumque enim quan-
dam temeritatis culpam habere arbitror, & tantum
abeſt, ut hic impingere voluerim, ut porius gloriam
Observantiæ & obsequii, erga senilem & sobriam Pru-
dentiam religioſe ac ſerio colendam duxerim. Sed fa-
cile confido, fore, ut veniam ſuſcepti operis im-
petrem. Venerandus enim eſt mos inveteratus, ut
publica Vitæ Academicæ ſpecimina edamus: & licet
A 2 E thema

thema nostrum tritam habeat viam in Eruditorum libris ; est tamen dignum homine nobili non minus ac plebejo. Est insuper non usque adeo facile : cum censitica prædia originem suam ex Romana & Germana antiquitate ducant , variisque controversiis implicata sint : ut taceam , quod commoda habeat præsentissima. Nam si Q. Mutio judicante apud *Pomponium in l. 2. §. 43. ff. de O. J.* turpe est Viro Patritio & Nobili Jus , in quo versatur , ignorare , utique excusari potuero , si utilissimam hanc materiam , in qua Germana Nobilitas satis exercetur , & sæpe hæret , pro modulo ingenii tractem & proponam : ut adeo mihi nec Vitio verti possit , si contracte tantum Eruditorum discussione exhibeam ea , quæ latius & uberius exponunt alii , quorum honor in de debitus semper salvus & integer relinquatur. Quod dum facio vires & successum felicem a Deo Optimo Maximo sub missa & religiosa veneratione peto , obsecro.

§. II.

Igitur acturo mihi de Prædiis Censiticis Rurilibus in mentem venit monitum *Ulpiani in l. 1. ff. de R. C. E. re esse* , inquentis , ut priusquam ad interpretationem verborum veniamus , pauca de significatione ipsius Tituli referamus. Denotat hinc prædium , juxta nativam significationem possessionem tam urbanam , quam rusticam , ein Guth , oder Grund und Boden , & recte videtur derivari a *Præ Prædis* , qui erant apud Romanos sponsores Reipubl. vel Principi dati , pro his , qui pecuniam publicam dispensabant , aut res & reditus,

reditus, ad populum & Rempubl. spectantes, administrabant. Cumque sponsores isti desiderarentur possessionati, hinc bona eorum immobilia vocata sunt prædia, seu possessiones sponsioni obnoxia, sicuti crebra apud *Ciceronem* locutio reperitur quod *Populo Rom. prædiis & Prædiis cautum sit*. Nec errare quoque reor istos, qui *Varronem* secuti *lib. 1. de lingua Latina*, prædium a præstando derivant: cum hæc significatio videatur mediata, quia Præla præstando dicitur, nempe qui securitatem cavendo præstat: utut non dissimilem, quod *Vox* hæc postea, prout in aliis consuevit, ad fundos quoslibet trahi cœperit, unde *prædiatus* apud *Apulegum* vocatur *der reich an liegenden Gründen ist*, & *prædiator* apud *Ciceronem*, *der sich wohl auff's Grund-Recht versteht*, *Cujac. lib. 5. Obs. 29. fin.* Idem *Jus prædiatorium* das Grund- oder Derss-Recht. *Turnebus Advers. lib. 20. cap. 30. Dd. ad Rubr. l. 54. ff. de Jure Dot.* Quinimo nostris moribus *Vox prædium* magis ad ea bona, quæ ruri & extra Urb. in sunt, restringitur: quæ singularis acceptio, ob prædicatum adjectum, nostri est loci, cum *Censitica Bona* plerumque sint rusticorum, quæ ruri in pagis & extra Urbes habentur.

§. III.

Vox Cens deinde varia significat. Nempe vel (1) æstimationem patrimonii Civium *arg. l. 1. C. in quibus Causi pignus vel hypoth. tacit. constit.* Nam a *Servio Tullio* institutum erat, ut a Censuribus seu *Peræquatoribus*, ut tum vocabantur, quinto quoque anno

viritum fieret recognitio seu censio, quantum quis in bonis haberet: quorsum & Verba Taciti lib. 1. Histor. pertinent: quod Germanicus agendo Galliarum Censui intentus fuerit Udafr. Zasius ad leg. 2. §. post deinde 17. ff. de O. J. Wolff. Lazius Comment. Reipubl. R. lib. 2. Cap. 13. fol. 242.

(2) Denotat substantiam, bona & omne id, quod fortunarum nomine continetur per l. 16 ff. ad Sct. Trebellianic. Hinc singulariter apud Rom. Civis nomine veniebatis, qui centum HS. millia, i. e. mille aureos in bonis habeat Hotom. ad Inst. de succ. Liber §. 4. verb. minus C. aureis: quo referendus est locus Ciceronis pro Q. Roscio: Quem tu, inquit, si ex Censu spectes, Civis Romanus est; nedum quod hæc significatio Poetis & Oratoribus prorsus familiaris sit vid. Franzkium alleg. lib. 1. Res I. n. 7. (3) Librum seu Tabulam in quo Cives eorumque bona inscribuntur, arg. l. 64. ff. de acq. rer. Dom. quod dilucidant verba Casiod. lib. 3. Var. Epist. E. pen. Augusti, scribentis, temporibus Orbis R. agris divisus Censuque descriptus est. Iique Libri nostro tempore Catastra, & Vernaculo idiomate Steuer- oder Saal-Bücher appellantur, Casp. Klock. de Conrib. Cap. 17. n. 29. Nec minus inde Censuales olim dicebantur Tabelliones & Scribæ, qui in urbe Magistro Censu operam accommodabant leg. 2. §. 4. C. de Princ. ag. in reb. lib. 12.

(4) Publicum Tributum refert, quod in recognitionem universalis Imperii, atque in auxilium & tuitionem Reipubl. penditur, de quo tit. ff. de Cens. §. l. 2. C. sine Cens. & reliqu. fund. compar. non posse, ali-
que

que textus disponunt: Ad quam census appellationem Paulus Apostolus Rom. 13. respicere videtur. *Matth. We. senb. ad tit. de Cens. & Christus* quo Judæos juber Imperatori Tiberio censum solvere, postquam sub jugum & potestatem ejus venisse se intelligerent: isve census erat vel capitis, qui personis impositus in specie Capitatio vocabatur l. 9. & 10. C. de agric. & Cens. vel soli & agrorum, ac a fundis exactus Jugatio dicebatur, L. un. C. de Colon. Thrac. ibique *Brunnemann. & ad l. 1. C. de Censib. & Censitor in lib. XI.*

§ V.

Nec vero peccavero dicendo acceptionem hanc per analogiam a Jure Canonico esse tractatam, ad omnem pensionem, quæ Prælati de Ecclesiasticis proventibus, singulis annis, in signum subjectionis, vel alterius juris solvitur. *Lancellot. Inst. Jur. Can. lib. 2. Tit. 21. pr.* utut non ignorem, quod priori modo, si nempe census in recognitionem subjectionis pendatur, is singulariter Cathedralicum, quasi in honorem Cathedralæ solutum, seu Synodaticum, quia in Synodis ejus exactio & præsentatio fiebat appellari soleat. *Ant. Fabr. Bleynian de Benef. Eccles. rubr. de aliquot al. portion. Canon. & Jur. Episc. n. 29.* a quo differt Inthronisticum juxta *Nov. 123. Cap. 3.* seu pecunia, quæ Episcopis, Clericis, & Notariis, qui in constitutione novi Episcopi adfuere, datur, *D. Ziegler ad d. Lancell. f. 553.*

§ VI.

§ VI.

Demum (6) Vox Censûs cœpit accipi de omni pensione annua, quam ex prævio quodam contractu, vel privatus privato, vel subditus Domino cuicumque, pro concessione, inprimis fundi cujusdam, debet; imo utrumque, & pensionem promissam, & contractum quoque desuper initum, Censûs appellatio designat. Nobis vero, in censu tali prædicatum Censiticum est qualitas afficiens fundum quendam rusticum, ex quo possessor ejus censum annum solvere adstringitur.

§. VII.

Ex quibus facie patet, quæ per Ruralia prædia intelligamus, scilicet, quæ ruri & extra Urbem sunt. Rus enim omnes locos extra Urbem sitos denotat, puta villas, agros, pascua, sylvas & similia. *Calvin, in Lex. Voc. Rura Rus.*

§. VIII.

Sed ne nimiam, & forte tædiosam operam in verborum expositione insumam, rem ipsam tractare auspicor, definiens Prædium rurale Censiticum, quod sit fundus rusticus alicui pleno, pro potestate constituentium, jure, sub hac expressa lege constitutus, ut accipiens constituenti, quotannis pensionem certam exinde solvat. Per fundum thema describe, tum quia puro Vocem fundi latius patere, atque prædii per *l. ii. ff. de V. S.* ubi fundi nomine omne ædificium & omnis ager contineri

tineri dicitur : cum tamen prædium nostrum ad Vil-
 las rurales restringerem : nec non per *l. 115. ff. eod.*
 ubi fundus est omne, quicquid solo tenetur ; prædi-
 um vero agrum modo possessum significat : priusve
 proprietatem & posterius usum ejus indicat. tum
 etiam, quia fundus per generalitatem suam nihilomi-
 nus certitudinem & definitam naturam rei alicujus
 tradit. Neque enim fundus, sicut Vox locus, latere
 potest, sed certos & visibiles fines habet per *l. 69. §. 2.*
ff. d. V. S.

§. IX.

Ex quibus apparet, quod per fundum in specie
 rem immobilem intelligamus, & quidem eam, quæ
 proprie ita vocatur, ac de loco in locum commode
 moveri nequit, nisi forte solo cohæreant res, quales
 immobilius quoque annumerantur, sive tales sint,
 sui natura, ut arbores radicatæ *l. 7. §. 5. ff. quod vi aut
 clam. l. 40. ff. de action. Emt. fructus pendentes l. 44.
 ff. de R. V. & similes, vel factæ quodam humano in-
 terveniente, ut ædificia l. 7. §. 10 ff. d. A. R. D. l. 10.
 ff. quod vi & clam. molendina ædibus juncta l. 21. ff. de
 Instr. & Instrum. leg. Decis. Elect. 53. fata & implantata
 l. 7. §. 13. ff. de A. R. D. regulæ ædibus impositæ l. 7. §. 10.
 ff. quod vi & Clam. & similia ædibus affixa l. 9. §. 2. ff.
 eod. : Sive etiam Juris intellectu immobilibus tantum
 æquiparentur, ut si in prædio censitico animalia fer-
 rea reperiantur. *Besold. Ihes. pract. Voc. Cysern Rū-
 he Raucbb. p. 2. quæst. 29. n. 13.* Item mobilia & supel-
 lex rustica perpetui usus causa existens *Fincketbaus
 Observ.**

B

E

Observ. 29. Neque est dubium, quin hæc omnia censitici prædii naturam induant & sub latitudine ejus contineantur.

§. X.

Differentiam attendo hic duplicem, alteram generalem, nempe fundum Rusticum, alterum specialem seu constitutivam, scilicet concessionem ejus sub pleno Jure & lege pensionis annuæ ex eo solvendæ. Ubi rursus considerandum est, tum Subjectum, tum Objectum, ac demum constituendi Modus. In Subjecto seu causa efficiente se fitit persona concedens, & persona acceptans prædium censiticum. Illa est quilibet habens liberam rerum suarum administrationem, seu qui facultatem & voluntatem res suas in alium transferendi habet: quorsum referimus eum, qui plenum rei dominium habet, & proprietatem cum usufructu, ut vocant, causali conjunctam. Sed quid dicendum de illo, qui habet dominium tantum revocabile, ut maritus in fundo dotali, b. f. possessor, emens sub lege commissoria, aut additione in diem, item pacto de retrovendendo, & similibus? Puto in marito esse distingvendum, an fundum æstimato aut minus æceperit. Priori casu fundum censiticum ex parte prædii dotalis constituere posse arbitrator. Nam tum vera censetur facta venditio, ac pretium potius, quam ipsa res in dotem data *l. 10. C. de Jnr. Dot. Carpz. p. 2. l. 25. d. 21. n. 7.* nisi forte æstimatio saltem taxationis causa in utilitatem uxoris facta sit, ita ut in eventu dissoluti matrimonii ipsi electio fun-

fundum aut pecuniam æstimatam petendi competat
l. 1. C. de fundo Dotali: aut alias marito non sit, unde
 uxorem & familiam sustentet, velut ad quæ & simili-
 lia onera matrimonii ferenda dos instituta est *l. 3. ff.
 de Jur. dot.* Posteriori casu maritus id efficere nequit,
 quia alienandi facultas ipsi interdicta est *l. 1. C. de Jur.
 dot. §. 1. Inst. qv. alien. lic. vel non.* Jure tamen Saxo-
 nico maritus alii, adhibito Curatore uxoris ad eum
 actum, consentiente ea, fundum censiticum ex præ-
 dio dotali concedere potest, modo fraus & violentia
 absint.

§. XI.

Deinde videndum, an fundus revera in dotem
 marito datus sit. Nam si is bonum solum parapher-
 nale referat, cessat in marito civile & subtile Juris do-
 minium, ex quo de eo disponere nequit. In ceteris
 speciebus, nempe possessore bonæ fidei, emtore sub
 pacto de retrovendendo, commissorio, aut addictio-
 nis in diem & similibus, iterum distinguendum inter
 primam & posteriores personas. In his nil ob stare
 puto, quo minus emtores fundum censiticum in bonis
 ejusmodi emtis constituere possint, quia dominium
 in accipientes vere translaturum est, utur ob pactum
 & conditionem adjectam, contractus ex postfacto pos-
 sit resolvi *l. 2. C. de Pact. inter Emt. & Vend. l. 1. ff. de
 L. Commiss. Tiraquell. de Retract. Conv. §. 1. qv. 1. num. 3.*
 Sed ob Jus hujusmodi resolutivum emtor tum vendi-
 tori ad interessè teneretur: ad dissolvendum autem
 contractum censiticum venditor agere minime possit

Fränzk. ad tit. ff. de leg. Commiss. Gail. lib. 2. Observ. 1.
 Prior vero, nempe bonæ fidei possessor, non plus in
 accipientem transferre potest, quam ipse habet:
 quare fundo evicto, & dantis jure resoluta, aut nullo
 declarato, resolvitur quoque Jus accipientis coloni,
 ita tamen, ut hic, ob contractum utrinque inicum,
 actionem ad interesse adversus suum auctorem, sal-
 vam habeat.

§. XII.

Tum secundo discutiendum, an & illi qui domi-
 nium utile habent, fundum censiticum ex eo conce-
 dere possint quod de persona Vasalli nego secundum
 rigorem Juris, nisi Senior seu Dominus consentiat,
 aut sit res feudalis in censum dari solita. *z. feud. 9. § 55. Dn. Struv. Jur. Feud. Cap. 13. §. 6.* ut ut mores nostros
 aliud intuoduxisse utiquearendum sit. Si autem
 vasallus colono ad tempus vitæ suæ expresse fundum
 pro censu certo fruendum præster, valeret talis con-
 tractus, sed fundus non foret censiticus, quia jus ple-
 nioris dominii non transiret in accipientem & ejus
 hæredes; sed resoluta Jure concedentis vasalli, etiam
 censiti Jus periret; non minus ac sub infeudatio ex-
 tincto jure sub infeudantis amplius durare nequit, ne-
 que agnati, si ad eos feudum antiquum devolvatur,
 sub infeudationis Jura, a pristino feudi possessore
 concessa, servare tenentur. *Dn. Struv. d. 1. cap. 12. §. 13. n. 1.*

§ XIII.

§. XIII.

Secus tamen est in feudis regalibus Imperii nostri, quorum possessores characterem Status sustinent, & Jure Feudali alias *1. Feud. princ.* Capitanei, quasi prima & præ eminentia Capita Regni vocantur, quos Jure territorialis potestatis non minus fundos censiticos, quam etiam sub feuda concedere posse dubio vocat. Nec aliud dicendum de possessoribus feudorum, quæ Solaria vocant, Sonnen-Lehn / qualia sunt, cum allodium absque oblatione in feudum, recognoscitur a Deo, & Sole flagrante, salva manente natura allodii, prout acta Germanicarum rerum de iis testantur, ut & *Leopold. Alb. Schoppius tract. de allod. Cap. 1. fol. 6.* ubi exemplum refert de Baronibus a Werberg, his verbis, das Stamm-Hausß Werbergß und Güther ist nebenst andern Lehnstücken der Herren von Werberg bey Helmstädt Ubr alt Eigenthum gewesen: Es hat aber solches Senior gegen der Sonnen Aufgang mit Harnisch und blossem Schwerdt anreitend und einen Creuz-Strich der Sonnen Strahlen schlagend / addita quadam devotione, & pauperibus eleemosynis datis, a Deo recognoscirer, dadurch ist es kein Herrn loses Guth / dennoch ein allodium blieben. Hactenus Schoppius. Nam cum feuda hujusmodi analogica naturam allodii retineant, nihil obstat, quin possessor & Dominus eorum prædium ex eo in censum dare possint.

§. XIV.

Atque tales Domini censum prædiale constituentes Censitores vocantur, quod nomen quidem in statu Romanorum populari solum officium referebat eorum, qui prædia Populi derelicta aliis pro censu annuo concedebant, eique alio nomine Peræquatores, ut supra monitum, audiebant, *l. 5. & ult. C. de Censibus Censitor. & peræquator ibique D. Brunem.* Hodie autem quilibet census agentes & præstationes hujusmodi percipientes ea appellatione veniunt. Et parum distinguitur in qualitate harum personarum, sive sint Laici sive Clerici, dummodo hi id faciant de bonis propriis, canonica solemnitate adhibita. Hinc quoque quoad hos singulariter excipiendi sunt Monachi, qui monasterium ingredientes, nempe welche in Kloster eingekleydet sindt, huic bona sua transcribunt *auth, ingressi C. de SS. Eccles. & sic adempta libera eorum administratione & censiticum prædium libere constituere nequeunt.* Episcopi & alii Prælati in rebus Ecclesiasticis itidem Procuratores, modo, non Domini sunt, qui Ecclesiæ conditionem solum meliorem, deteriore autem facere & alienare non possunt. *C. placuit & seqq. XII. qu. 2. cap. si quis cap. procedere cap. nulli §. alienationis X. de rebus Eccles. alien. vel non* cujus alienationis species concessio fundi censitici procul dubio est, & hinc Capituli aut Clericorum consensus hic desideratur. Nisi forte sint res alias in censum dari solitæ & quavis ratione, vel ob atroc delictum, vel desertorem fundi hujusmodi ad Ecclesiam recidant: tum eas & sine Ecclesiasticorum consensu a Præ-

a Prælato aliis censito præstari posse puto, modo id fiat iisdem conditionibus, quibus olim data erat *arg. cap. l. X. de feud.*

§. XV.

Nec porro sexus discrimen obstat. Nam licet fœminæ Jurisdictionem autoritate Juris-Civilis *l. 2. ff. de R. J. exercere nequeant*; eis tamen administratio & alienatio bonorum interdicta non est: licet Jure Sax: in actu tali Curatore opus sit *per Const. Elect. 15. p. 2. Du. Stryck. de loco Contr. sect. 1. cap. 2. §. 29.* nisi forte sit fœmina illustris, quæ Curatore non indiget, sed ejus vice suis Consiliariis gaudet. *Carpz. ad d. Const. def. 9.*

§. XVI.

Tum & potestas patria Censitorem non impedit, quo minus prædium censiticum in bonis castrensibus, vel quasi constituatur, quippe in quibus filius pro patre familias habetur *l. 2. ff. ad Sc. Maced.* Sed quid dicendum de adventitio extraordinario? Etiam hic filio familias facultatem fundum censiticum constituendi largimur, quia in græco textu Nov. 117. habetur Vox *διοικήν*, significans administrationem & dispositionem liberam rei familiaris juxta Jus privatum; modo filius familias justæ ætatis sit, cum alias solemnitas legalis omitti nequeat. *Fachipens Controv. lib. 5. cap. 24. §. 91.*

§. XVII.

§. XVII.

Neque dubitandum, quin prædium nostrum alteri cedi vicissim aut vendi possit, cujus ratio ex Dominio pleniori in accipientem translato suapte sponte fluit; modo per Jura Sax. Magistratus Jurisdictionem habens actum eum rati habuerit, de quo infra. Porro nec obstat concedenti furor, siquidem tempore concessionis dilucida intervalla habeat, eaque probentur *arg. l. 18. §. 1. ff. de acq. vel. amittend. poss. l. 9. C. qui testari facere poss.* In prodigo autem a Magistratu tali declarato, item tutore & Curatore res est difficilior. Nam officium horum ad administrandum, non minuendum patrimonium dirigitur; quare videndum, an causa cognita sufficiens sit, ut decretum Magistratus mereatur, citra quod non subsistet. Et licet tale prædium novum non sit, sed qualicunque casu ad prodigum pupillum aut minorem revertatur; nihilominus, si denuo concedatur alii *arg. l. 22. C. de Administr. tut. & Cur.* cognitione & decreto Magistratus opus esse reor: cum utilior accidere possit retentio, quam ulterior concessio ejus prædii: & imprimis, cum accessio atque aperitio fundi hujusmodi sit extraordinaria, & pene fortuita, quæ necessitatem, aut indubita tam utilitatem rei concedendæ alii non inducit, nisi certa pacta adsint, & concessionem urgeant.

§. XVIII.

Personæ acquirentes fundum nostrum vocantur Censibus adscripti, obnoxii. *tot. tit. C. de agric. & Cen-*

Cenſe. aut etiam tributarii *d. t. C. eod.* & ad hoc omnes cenſentur idonei ſine ſexus aut ſimilis conditionis diſcrimine, modo per Jus gentium acquirere poſſint. Quinimo & ſervi ejus capaces ſunt, non quidem in propria perſona, ubi pro nullis habentur *l. 32. ff. de R. 7.* ſed intuitu Dominorum ſuorum, qua ratione & feuda acquirere poſſunt *2. feud. 3. L. 21. C. de Jur. Delib.* Impubes per tutoris autoritatem *pr. Inſtit. de Aut. tut.* Minor per Curatoris conſenſum fundum noſtrum recte acquirit. Non tamen negavero quin tutores ad reciprocam cenſus ſolvendi obligationem. Magiſtratus decreto opus habeant. Poſſet enim prædium ſterile concedi, & cenſus gravis imponi, aut reſervari, ex quo pupillis & curandis fieret præjudicium. Demum & ſuperior ab inferiore prædium tale accipere poteſt: cum liquido pateat, quod alias quoque ſuperior inferioris Jurisdictioni ſe ſubmittere queat *l. 14. ff. de Jurisd.* imo ab illo etiam feudum accipere, quare nec fundi cenſitici acquiſitio ei neganda erit. Secus tamen judicandum in perſonis, quæ vel per excommunicationem, ut vocant, majorem, vel bannum imperii omnem forenſem communicationem omnemque poteſtatem civilem amiſerunt eaque exuri ſunt; qui nec idonei ad acquiſitionem fundi noſtri cenſebuntur. *Dn. Preſes ad Lancellottum lib. 3. tit. 2. §. it. §. 19.*

§. XIX.

Per objectum hic non intelligo nudum fundum,
aut materiale; ſed totum ſuppoſitum, forma ſimul
C fundi

fundi nostri specifica considerata: quæ consistit in concessione ejus sub Jure, pro potestate constituentis, pleno & lege hac expressa, ut accipiens quotannis inde pensionem certam pendat. Ex quo primum plenitudo potestatis concessæ indaganda est. Nam, ut Philosophi ajunt, causatum a causa suos terminos accipit, & posita demum causa sufficiente, effectus certus ponitur. *Dan. Otto Dialect. Jur. lib. I. cap. 3. n. 4.* ita quoad formam fundi nostri & plenitudinem Juris ibi constituti potestas constituentis semper spectanda est. Si enim hic plenum dominium rei suæ habeat, juxta naturam contractus censitici etiam plenum dominium in censitum transfuisse censetur, ita, ut hic irrequisito auctore suo prædium rursus in alium transferre possit; modo is non simul Jurisdictionem habeat, ex quo cessio rei immobilis consensum & resseram Judicalem desideret. Adeoque male Doctores plurimi, secuti *Gloss. & Alvar. Valascunde Jure Emphyteut. quest. 32. n. 7.* censito simpliciter dominium directum ac utile transcribunt, cum hoc tamen, aut simile quid in pluribus casibus tantum fortiatur.

§. XX.

Nam si census fuerit constitutivus, nempe ubi quis omnimodum habens dominium per intervenientem venditionem, aut similem titulum ad transfereendum dominium habilem, pro certa soluta pecunia super re immobili jus quoddam fundavit & constituit alii pro pensione annua accipienda vid. *Franzk. lib. I. Resol. 2. n. 5.* hoc casu utique census idem dominium
in

in re censui subjecta habet, & sufficit creditori constituenti, si census percipere promissos, ac in eventu plena securitate per remedia Juris frui queat. Sic in censu reservativo eadem videtur ratio, si constituens seu reservans plenum rei dominium habuerit, & id secundum naturam contractus in accipientem transtulerit. Sed in prædiis censiticis nostris ruralibus census est, quæ plerumque a vasallis de bonis feudalibus subditis suis rusticis concessa sunt, ubi citra absurditatem implicitam statui haud potest, dominium in istos omnimodum esse translatum. Enimvero cum vasalli juxta indolem consuetudinum feudalium fundos feudales quoad utile solum dominium habeant, eosque citra Senioris sui consensum alienare prohibeantur; dare vero ex eis prædia quædam in censum possint; utique necesse est, ut vasalli per concessionem talem aliquid juris in fundo censuali retineant. Neque enim ratio & Jura patiuntur, ut quis plus juris in alium transferat, quam ipse habet, & hinc analogum quid Dominii directi penes Dominos concedentes non potest non remanere, sicuti in subinfeudante analogum quid dominii alicujus directi manere quoque concedimus.

§. XXI.

Quod assertum tum origo censiticorum prædiorum, tum Jura Saxonica & Imperii, tum & effectus aliqui insignes satis evincunt. Quoad originem sunt quidam, quædam institutis Romanorum deberiasserunt. Nihil enim illis placet, nisi quod Romanam

antiquitatem refert, proindeque censitos nostros ex Romanorum colonis adscriptitiis prognatos jacitant. Fuere autem hi, qui vel gratia, vel pro pretio domino promittebant, se nunquam ejus solo discessuros, & prædiorum annuos reditus præter victum & alimentum reddituros. *l. 19. l. 23. C. de agr. & cens.* proindeque membra terrarum vocati, & rebus immobilibus accensiti: cumque per contractum eum in servitutem quandam de lapsi essent, ob hoc insigne liberi hominis præjudicium ad adscriptitiam hanc qualitatem duplex scriptura desiderabatur: altera, qua promittebant, se ex gleba nunquam discessuros; & altera, qua id denuo confirmabant. Ast vero cum hi cum prædio vendi, & cum tota sua posteritate dominis suis adscripti fuerint *l. 1. & tot. tit. C. de agric. & cens. ibique Dd.* adeoque vel veri servi, vel certe conditionis servilis extiterint, longe a nostris censitis aberant.

§. XXII.

Alii deducunt ex *l. ult. C. de rer. permut.* sed perperam: cum ibi casus proponatur singularis, quo quis alteri fundum aliquem sub annuo censu præstando dedit, quæ contractum mere personalem involvunt, & monstrant tantum, quod pactum id adjectum præensum actum donationis in contractum innominatum alteraverit, ac proinde actio præscriptis verbis accomodanda sit. Sed videtur putidum a Romanis quasvis petere origines, cum tamen Germani istorum victores extiterint: nec minus Romani ipsi nos secus hac in re informant; nedum quod Annales quo-

quoque Germanici aliud urgeant. Nam, Tacito teste de mor Germ. cap. 25. Germani servis non in morem Romanorum descriptis per familiam ministeriis usi, sed suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum Dominus aut pecoris aut vestis ut colono injungit, & servus haecenus paret. Item paulo infra: Libertate non multum supra servos sunt, raro aliquid momentum in domo, nunquam in civitate. Haecenus Tacitus. Ex quibus apparet, quod Germani infimæ fortis homines ex gente sua, aut ab hoste devictos (nam hos Tacitus servos appellat) ad fundos rurales colendos sub annua præstatione pecoris, frumenti, aut rei similis adstrinxerint. Illudque post aliquot secula abhinc, (ne per relationem medii ævi immemor quodam modo thematis hujus in historicis monumentis hic nimis immorer) usque ad Henrici V. Imperatoris tempora, ubi omnis Nobilitas & ingenuus sanguis Germaniæ per bella & alias fatales calamitates pene exhaustus erat, ita observatum est, donec in Civitatibus discrimen inter Cives ingenuos, & plebejos, atque opifices sublatum, in tantum, ut hi quoque capaces sint facti Jurium Civitatum & ingenuorum, teste Cbrist. Lebmann. in Chron. Spirens. lib. 4. cap. 14. ubi scribit: Der Kaysler hat damahls mit Rath und Zuthun der Fürsten, die Inwohner, Leib-Eignen, Handwerker, und die das Land bauen, durch Kayslerliche Begnädigung zu Bürgern und freyen Leuten gemacht, vermassen, daß Sie derselben Gerechtigkeit genüssen, und auch ihre Beschwärnuß tragen solten, atque dehinc factum est, ut quoque rustici, aut centi

fiti rurales ad pingviorem conditionem aspiraverint; fundosque suos, quos ut plurimum steriles & sentibus oppleros coluerant, die Sie aus der Rauhen Wurzel erbauet hatten, aut alioquin servili conditione in eis versabantur, pleniori Jure possidere cœperint.

§. XXIII.

Neque amplius, ut olim, censiti ei, qui aut Fisco Regio, aut Principibus, vel Ecclesiis nobilibusque parebant, libertatis diplomatibus opus habuere, quorum aliqua *Mart. Mager a Schönberg de Advocat. Armat. Cap. II. n. 10. & seqq.* refert. Nihilominus tamen de hoc constat, quod tum Domini istis libertatem familiæ & fundorum præstantes varia successu temporis nomina onerum & pensionum censitis imposuerint vel sibi reservarint, ut sunt Haupt-Recht oder Haupt-Fälle. Item Beutel- und Gewandt-Fälle, Pflug- und Hand-Frohnen, Rauchhüner-Korn und dergleichen. *Herm. Stam. de hom. prop. lib. 3. Besold. Thes. Pract. Verb. Leibeigene Leute Lehman d. 1. lib. 2. c. 20.*

§. XXIV.

Hoc autem simul notandum, quod diversæ invicem Nationes discernendæ. Nam quidam Populi Germanis subjecti durio rem conditionem sortiti sunt, ceu Venedi & Obetriti a Saxonibus devicti, qui eodem fere modo ac Saraceni ab Hispanis subacti ad terras colendas relictæ sunt, ne provinciæ in solitudinem redactæ

redactæ ipsis victoribus infructuosæ forent, sub hac
 tamen lege, ut expelli & Nobiles ac Præfecti eorum
 fundos ad se iterum recipere possent. *Pontan. Orig.
 Franc. lib. 6. Cap. 15. Unde lassen / Laß-Guth de venisse
 videtur Herm. Stam. de Hom. prop. cap. 5. n. 2. Frud. Hu-
 san. de propr. bom. cap. 6. n. 10. seqq.* Et hunc modum
 Ecclesias plurimas imitatas esse reor. Utiq; enim
 monumenta rerum testantur, quod in seculis sequi-
 oribus servilis aut subditiua conditio sub Ecclesiasticis
 durior aliquanto, quam sub potestate seculari, exti-
 terit. Et hinc istos rusticis bona sub potestate revo-
 cabili, & nomine Laß-Guth frequentius concessisse
 probabile est; quæ bona in Investituris Ecclesiasticis
 & ordinationibus deinceps provincialibus certam suam
 formam acceperunt, vid. *Ord. Eccles. Saxon. sub. n. 29.
 Du. Praeses de Dot. Eccles. cap. 9. §. 59.*

§. XXV.

Atque hanc originem prædiorum censiticorum
 magis roborant Jura imprimis Saxonix vetustiora. Si
 quidem in *Land-N. lib. 3. art. 79.* legimus. *Wo Ge-
 bauern ein Dorff von neuen besetzen (von wilder
 Wurzel) dem mag des Dorffes; Herr woll geben
 Erb-Zins Recht an dem Guthe, ob sie wohl zu dem
 Guthe nicht geböhren sindt. Kein Recht aber mag
 er ihnen setzen, noch sie selber wehlen, da sie des
 Land-Nichters Recht mit fräncken mögen. & Lehn-N.
 cap. 60.* hæc verba habentur. *Wer ein Zins-Guth
 recht und redlich besitzen will, der soll es selber bau-
 en und arbeiten, oder seine Knechte den er Speiß
 und*

und Kost giebet an seine Statt. Thut er es aber einem Frembden aus zu Zins, oder zu Pflicht, so ist er selbst ein unrechter Zins-Mann an dem Guth, alldieweil es ihm selbst zu bauen und nicht einem andern zu bauen anbefohlen wird, add. Gloss. germ. ibid. cujus verba quidem, quæ de Romanis faciunt, de Germanis potius intelligenda ad eosve applicanda sunt, ut & Gloss. Land-Rechts lib. 3. art. 39. verbis Ein Zins-Guth ist weder Erbe noch Lehn, doch leihet man es im Lande zu Sachsen, ohne Mannschafft, dem der es kauft. Das ist aber nichts anders, denn daß man damit angezeigt, daß es des Herrn Will sey. Es ist aber darumb kein Eigen, daß der Herr darauf einen Zins habe, denn das Eigen hat man ohn allen Zins. Erbe ist es auch nicht, darumb daß der Richter niemand auffgeben mag. Es ist auch kein Lehn weil man Zins davon giebet. Ut taceam plures textus, ex quibus & aliis historiarum dilucidis argumentis satis patet, quod Principes Germaniæ ab Imperatoribus & Imperio territoria sua cum nobilitate in feudum acceperint; isti vero Nobilibus suis fundos cum rusticis & servilis prope conditionis hominibus rursus feudali nexu vel reliquerint, vel concesserint, quæ differentia ex primo textu elucet. Nam eos pagos, quos ex territorio Principis jam cultos acceperunt, eos rusticis sub censuali aut emphyteutico jure secundum antiquissimum Germaniæ morem reliquerunt; qui vero campos & nemora inculta concesserunt, id iridem sub lege censuali expediverunt. Et hinc quia prædia rusticorum partem fundi feudalis Nobilium constituent, necesse est, ut hi
semper

semper analogum quid directi Dominii in subditorum suorum prædiis retineant.

§. XXVI.

Quod demum insignes effectus attinet, aliquos referam. Nam 1. censitus tenetur in plurimis locis petere ratione prædii sui renovationem investituræ. 2. solvere Laudemium per ord. process. Tit. 46. §. Wenn aber 2c. ubi: Wenn aber einer bono Emphyteutica oder Censitica Erblehn oder Erbzinß-Güther, darüber ein Unterthan einen Lehn-Herren erkennen muß, oder die er sonst im Lehn zu empfangen pflegt 2c. 3. ad eorum oppignoratio nem petere consensum 4. vocatur Censitus ein Lehn-Mann, & Dominus sein Lehn-Herr, imo & hic expresse dominus directus, in d. t. Ord-Process. §. würde dicitur, ubi: Würde in Bonis Emphyteuticis & Censiticis der Dominus directus nicht zugleich Gerichts-Herr seyn, sondern es hätte ein ander die Jurisdiction, über den fundum Emphyteuticum, oder Censiticum, soll zu Erlangung einer beständigen gerichtlichen hypotheck des Lehn- und Gerichts-Herrn Consens zugleich und conjunctim erhoben werden. & 5. in locis plurimis in alium locum se transferentes censiti detractum de rebus suis pati tenentur, quæ characterem & notam ad minimum analogi cujusdam directi Dominii penes Dominos referunt.

§. XXVII.

Nec his obstat Const. Elect. 39. p. 2. per verba directum & utile Dominium hat ein jeglicher schlechter

D

ter Zinse-Mann in allen solchen seinen Gütern
 Cum verba ista non sint dispositiva Juris Saxonici, aut
 morum Germanorum, sed relativa Juris Casarei &
 communis. Huic autem Juri prædia nostra censitica
 cognita non sunt, sed talia modo, ubi census de fun-
 do, qui origine tenus censiti possessoris proprius est,
 præstatur, vel in recognitionem superioritatis, vel
 ad communia ferenda onera, vel ob creditum quod-
 dam acceptum aut similem rationem, quales census
 alias constitutivi aut consignativi vocantur.

§. XXVIII.

At secus in nostris fundis censiticis, quo rusticus
 a Domino suo, vasallo principis, de fundo suo feu-
 dali & quasi de substantia ejus fundum accipit, vel
 habet: cujus ratione Serenissimus Elector, per dictam
 constitutionem differentiam fundorum & qualitatem
 rei feudalis non sustulit, neque Dominis simpliciter
 dominium omne ademittit: cum alias per Jura dicta
 vasallos sine omni fundamento in const. 23. p. 2. Ord.
 Process. tit. 46. & in Mandat. Elect. die 25. April. 1623.
 rubr. von Bauren Zins-Dienstberg und Erbgütern
 sin. Lehnherren appellasset. Verum cum res hæc to-
 ta per observantiam Germaniæ & Saxoniam nostram de-
 terminetur, mos regionum sedulo inspiciendus est:
 & cum potestas vasalli in feudo ex Literis investituræ,
 denen Lehn-Brieffen, desumenda sit, ex his quoque
 dimetiendum videtur, an vasallus cum integro pago
 & pleno Jure, mit denen Ritter und Dorff-Suffen
 simpliciter investus sit, aut modo certa jura, certos-
 que

que reditus ex his habeat, veluti gewisse Pächte/
Dienste, Zinsen &c. &c. mansis autem ipsis in domi-
nio & potestate possessorum relictis.

XXIX.

Deinde notandum apprime, quod discrimen hodie
inter bona emphyteutica & censitica receptum, nati-
vum & genuinam originem juri Saxonum haud de-
beat. Nam si Jura vetustiora, das Land-Recht und
Weichbild, consulimus, duplicem tantum speciem
bonorum censiticorum reperimus: altera conductitia
Mietz-Zins-Güther, die umb einen gewissen Zins
aufgethan und gegeben werden, & hæreditaria Erb-
zins-Güther, die von Eltern auf die Nachkommen
stammen. Land-R. lib. 1. art. 54. & horum posses-
sores vel vocantur Originarii, die zu denen Güthern
geböhren sind, oder welcher Eltern nebst denen Gü-
thern in ihrer Herren Gewalt kommen, vel assum-
pticii, welche die Güther aus rauher Wurzel besetzt,
und selbige per prævium contractum überkommen
haben. Land-R. lib. 2. art. 59. & libr. 3. art. 39. Nostra-
tes vero fundi emphyteutici per Canonistas & Civi-
litas *ex tit. Cod. de Jur. Emphyt.* & aliis textibus in Civi-
tatem Saxonum sunt superinducti. Cui enim ali-
quantum perito rerum Saxonicarum non est no-
tum, qua violentia Dd. inexplicando & applicando
Jure Rom. in Republ. nostra usi sint, adeo ut pene
vestigia Juris & observantiæ pristinæ in regionibus
Germaniæ obliteraverint.

§. XXX.

Porro non satis est, quod plures Dd. affirmant, Dominorum in oppignorandis bonis censiticis consensum non ob dominium quoddam directum requiri, sed vel propter Jurisdictionem, vel ne dominus in perceptione censu slædatur. Nam prius non stringit, quia in ordin. Politicæ & Process. Saxon. utriusque & Domini Jurisdictionis, juxta & Domini feudi aut fundi consensus requiritur: quod utique residuum quoddam dominium penes hunc, quod directum analogum appellamus, refert. Neque posterius obest, quia Dominus in fundo censitico jus in re pro censibus & præstationibus annuis fundatum habet, cujus intuitu sat securus foret, etsi mutatio possessoris contingeret. Et tantum abest, ut moderna petitio & renovatio investituræ in locis plurimis recepta, imo & laudemii præstatio nudam renovationem contractus censualis sistat; ut potius aliqualem dominii directi speciem in persona Domini demonstret.

XXXI.

Tum effectus reliqui & concomitantia constituti prædii censitici sunt considerandi. Nempe primus ut census & præstatio annua statuto tempore pendatur: quod tamen, si census etiam per longius aliquod tempus facere cesset, prædii caducitatem non operatur: *Const. Elect. 39. p. 2. fin. ibique Dd. Dan. Molter. & Carpz. def. 9.* forte ob vilitatem prædii, quod plerumque ultra id parum confert, quam sustentatio censitici suæque familiæ & præstatio Domino debita requirit,

quiret; nec non quia censitus id per titulum onerosum emti aut similem communiter acquirit, & hinc beneficium non est tantum, ut ob censum promissum non solum prædio statim privari debeat. Ut taceam, quod rusticitati quid condonandum: & Domini ut plurimum Jurisdictione in censitos potiantur, ex quo facile debita horum cogi possint.

§. XXXII.

Neque discrimen hic est in personis Dominorum sive sint personæ Ecclesiasticæ, sive seculares: cum Ecclesia sit cultrix justitiæ & æquitatis *cap. 1. x. defend. alien.* & proinde ob dictas causas & in præjudicium tertii favorem non appetere præsumatur. Secus tamen est, si contractus censualis sit specificè juratus de pœna caducitatis, sicubi census juxta investituræ & concessionis tenorem non solvatur, de quo *Menoch. lib. 3. præsumt. reb. n. 17.* consuli meretur: vel si non sit nudum prædium, sed feudum censuale, in quo census, aut pensio annua loco atque vice servitiorum præstanda sit, ubi exacto, neque præstito censu, feudum amitti putamus *arg. 2. feud. 24. §. 1. Dn. Struv. Jur. Feud. Cap. 15. §. 9. n. 2.*

§. XXXIII.

Effectus secundus est, quod censiti alienare fundum possint, cuicumque voluerint, etiam irrequisito Domino suo, *Ab. Valascus de Jure Emphyteut. qv. 32. n. 32. Georg. Franzk. de laud. cap. X. n. 62.* quod itidem receptum videtur, quia fundi censitici per modum

emtionis primum acquiruntur, nec Domini interfit, quis possessor eorum censum præster, nec desint remedia coactiva ad hunc a moroso debitore consequendum. Illud tamen diffrendum non est, quod si censitus, pro ære alieno suscepto, fundum hypothecæ, velit supponere, tum vigore *Constit. Elect. 21. p. 2.* & Domini jurisdictionis, juxta & Domini census desideretur consensus, cujus rationes in singulari utriusque Domini interesse, & quodam analogo dominio, nec non creditorum securitate fundatur, ut supra deduxi.

§. XXXIV.

Cui accedit tertius, quod domino in actu alienationis non competat prærogativa, aut jus protimiseos præextraneo emptore *And. Rauchbar. p. 2. qu. 22.* nisi id specialiter in loco, vel regione quadam receptum sit: nec non quartus, quod censitus se suaque possit libere ad alium Dominum & sub alius Jurisdictionem conferre, *arg. l. 4. l. 31. ff. ad Municip. l. 1. C. de Incolis.* Non minus ac Vasallus quoque feudum, quod tamen beneficii loco a Domino habet, etiam invito hoc, modo id non intempestive & dolose fiat, refutare potest, *2. feud. 38.*

§. XXXV.

Cui Ddorum autoritas, usque Germaniæ, & observantia accedit, test. *Mart. Mag. a Schönberg. de Adv. armat. c. 16. n. 126. & Gail. lib. 2. obs. 36. n. 4. D. Casp. Zieglerus sen. ad Prax. Catvol. cond. 2. n. 48. & alius.*
Utut

Ut ut non dissimulandum, quod & hic malitiæ obvian-
 dum, & hinc ubi querelæ contra subditum oblatae,
 ad quas elidendas is prioris Magistratus Jurisdictionem
 & potestatem subito evadere velit, id permittendum
 haud fit *H. Esaias Roscorb. prax. Forens. cap. 20. n. 20.*
 nec minus censio emigratio indulgenda si fundum
 deterioraverit si que gratia Principis sine melioratio-
 ne prædii abusus: hat die Gnaden und Frey-Jahre
 genossen, das Guth dabey außgesogen, und nichts
 gebessert, vel si Domino id, quod Jure emigrationis
 ei debet, die Nachsteuer, Abschoß, Abfahrt, oder
 Ablösung, arg. *R. J. de anno 1555. §. Wo aber unfern*
Es de anno 1594. §. Und so wird die Ungleiche, solvere
 recuset: aut demum peculiaris ratio regionis, aut
 subditorum aliud jubeat, ut videre est in hominibus
 propriis Lusatiæ, Westphaliæ, Livoniæ, Palatinatus,
 & aliarum ditionum, Chur-Pfalz. Land-Ordnung.
tit. 8. §. es sollen auch *ic. n. Ober-Lausnitzer Lands-*
Ordnung tit. zum dritten die Unterthanen und ihre
Kinder bel. Niederlausniz Lands-Ordnung/ tit. 2.
§. 5. 6. §. seq. laudatus Ziegl. d. l. §. Civitas Coucl. 2. §. 24.
 Addimus quintum eff. Etum, quod censitus a Domino
 pro suo arbitrio & lubitu, forte ob maleficia & con-
 tumaciam quandam, non possit ex fundo suo expel-
 li, etiamsi hic paratus sit pecuniam, quam censitus
 primum pro eo dedit, ei reddere, tum quia hic titulo
 oneroso fundum cum pleniori jure recepit, tum &
 quod nec Princeps, nedum alius Dominus jus alteri
 quæsitum vi evertere possit, quod itidem per obser-
 vantiam Saxonum probari testatur *Ziegler d. l. §. No-*
bilis

biles n. 185. & seqq. Neque dixerit quis æquum esse, ut cum subditis pro lubitu suo ex pagis migrare liceat inde & Dominis concedendum, ut istos pro lubitu suo inde rursus ejicere possint. Dispar enim subest ratio, quoniam subditus sicut & alius juri & favori pro se introducto renunciare potest, sed Dominus subditum jure suo, per contractum quæsitum, temere privare nequit. Secus tamen dicendum de hominibus propriis supra dictis de quibus assertum *Matth. Stephani de Jurisdickt. p. 1. lib. 2. cap. 7. membr. 2. n. 206. ut & Herm. Stam. de servit. Personali cap. 11. n. 8. f. & Frid. Husan. de hom. propr. cap. 1. n. 12.* exaudiendum videtur. Dudum enim est compertum, quod quædam Saxonica & Sclavonica gentes durius a Dominis suis tractentur.

§. XXXV.

Cæterum & Dominis, jurisdictionem simul incensitos habentibus, hodie subveniendum, si hi in contumacia & resistentia debitorum servitorum præstandorum persistant, de quibus infra de actionibus competentibus plura moniturus sum. Nec minus Domini cum vicinis subditis & censitis audiendi, si quis horum nimis insolens, refractarius & gravis adversus Dominum & vicinos se gerat: ex quo dubium haud est, quin tales, pro gravitate facti, distractis & divenditis bonis suis, juberi possit, ut discedat & aliorsum migret *arg. Const. Elect. 8. p. 2. Matth. Berlich. p. 2. Concil. 9. n. 20. & decis. 56. n. 8.* Quidni enim de subditis hæc dicamus, cum & dominus propter insolentiam,

lentiam, si subditos sub umbra officii turpiter & flagitiose emungat, novisque pensionibus & assiduis operis excruciet, jurisdictione privari & cogi possit ad dominium vendendum *arg. l. un. C. si quacunq[ue] præditus potestate Myns. Cent. 5. observ. 8. Gail. lib. 1. observ. 17. n. 10. & seqq.* Nec minus patronus sæviens nimium in clientes eosque pro defensione opprimens atque gravans jure protectionis privari queat, *Thom. Maulius tr. de Homag. tit. II. n. 20.*

§. XXXVI.

Transimus ad sextum effectum, qui est, quod censiti ea, quæ ad victum & amictum spectant, puta frumentum cibaria, lanam & similia ex prædio censitico parta, libere distrahere valeant, nec in eis Dominis eorum, utut ii jurisdictione simul in censitos potiantur, jus protimiseos competat: cum regulariter nemo cogi possit vendere rem suam ultra lubitum & propriam affectionem. *Jac. Cujacius lib. 27. observ. 9.* quicquid etiam hac in parte Dd. Juris Civilis, alias magnæ autoritatis, statuunt, *vid. Alv. Valasc. de Jur. Emphyt. qv. 24. n. 3. cum allegg.* Quin potius Saxoniam sequimur æquissimam observantiam, de qua dudum *Andr. Rauchbar. n. 2. quest. 22. & Carpz. p. 2. c. 51. def. 10.* testati sunt, cæterum effectus alios, ne præter intentionem paginæ crescant, præterimus.

§. XXXVII.

Hoc autem ex dictis erit liquidum, quatenus prædia censitica ab aliis fundis hisce affinibus differant: Nempe (1) a fundis Lassarum von Lasgüthern. Nam in his possessoribus nec directum, neque utile dominium unquam competit, verum simplex modo in eis locatio conductio est. *Andr. Knich. de test. part. p. 2. cap. 4. n. 236.* quod imprimis ex hoc apparet, quod Domino quocunque tempore liceat prædia hæc possessori libere auferre, istave vel sibi retinere, vel rursus alii concedere *Dn. Eckendorff vom Teutschen Fürsten Stat p. 3. c. 2. p. 121.* (2) a fundo emphyteutico, von Erb-Zins-Güthern, ubi prævio contractu & instrumento, reservato directo dominio, utile transfertur in emphyteutam, sub promissione annui canonis in illius recognitionem solvendi: quod in prædio nostro censitico haud obtinet, de quo laudatus *Valascus & Brunneinan ad Cod. de Jure Emphyt.* prolixè agunt. (3) a prædio libellatico, a libella seu specie quadam monetæ Romanæ ita vocato, quod per scripturam, interveniente certo pretio, & insuper in annos singulos constituta pensione, hac plerumque lege initur, ut id statò conductoque tempore, rursus numerato certo vel arbitrario pretio, renovetur. *Georg. Franzk. de laudem cap. II.* (4) a Prædio superficiario, ubi Dominus, reservato sibi pleno jure in solo, concedit alteri in perpetuum aut longum tempus in superficie dominium aliquale, sub lege annuæ pensionis in recognitionem proprietatis soli: quinimo & pensio
hic

hic quandoque prorsus cessat. *Dn. Stryck. Jur. Feud. c. 2. §. 10. n. 2.* qua ratione fundi hujusmodi a forma prædii censitici quoque manifeste recedunt. Ut & (5) a fundo sub precaria (i. e. postulatione & impetratione) alteri dato, quod vulgo eine *Precaren* vocant, quo ei, qui Ecclesiæ rem suam donavit, aut liberis illius, vel in ista resola, vel in aliis rebus Ecclesiæ constituitur jus usufructus, ita ut eo vel ad certum tempus, vel ad tempus vitæ suæ, aut liberorum suorum frui queat. Cui speciei sæpe pactum de renovando contractu desuper celebrato, vel de quinquennio in quinquennium, vel alio tempore determinato additur, quæ pluribus prosequuntur, & difforem naturam in nostro prædio ostendunt. *Dn. Stryck. Jur. feud. cap. 2. qv. 21. Franzk. d. l. cap. 12. §. alis.*

§. XXXVIII.

Demum, cum parum sit jus nosse, quod nobis comperat, nisi & sciamus rationem & viam juris nostri tuendi conservandi & prosequendi, quod per actiones & alia juris remedia expeditur. Hinc nosse convenit, aliam actionem dari Domino adversus censitum, aliam huic adversus Dominum, Priori casu fundus vel est traditus & a censito possessus, vel minus, ad occupandum tamen concessus & monstratus, *wen er dem Käufer angewiesen worden*: Hoc modo actio datur ad consequendos census promissos ex præcedente contractu perfecte inito, vel venditi, ut census fundum secundum legem conventionis occupet, pretiumque promissum solvat, & præstanda præstet *l. 13. §. 19. ff.*

l. C. de act. emt. vend. vel ex stipulatu, si processit stipulatio, aut simili actio. Imo si Dominus simul incensitum jurisdictionem habeat, atque contractus prævius certus & Actus insinuatus reperiaturis, pœnali judicio censitum ad contractum implendum recte cogit probantibus hoc moribus Germaniæ & *Decis. Sax. 39. fin.* Illo vero modo, quando fundus est traditus, & a censito possessus, itidem pro more Germaniæ contra censitum contumacem, inobedientem & morosum debitorem per arresta bonorum & personarum, per pignorationes jumentorum, per manus injectionem in fructus, & legitimam quoque eorum distractionem; quin imo, si insuper servitia non præstet, fundum valde deterioret & vicinis gravis sit, per supra dicta expelli fundo, & conditione ex moribus contra eum agi potest, *Andr. Gail. tr. de Arrest. c. 10. n. 1. 2. 3. 4. B. Ziegler d. l. S. Nobiles n. 104. Casp. Manzini decis. Palat. de cult. 2. qu. 19. n. 17. & 18. Thomas Maul, de Homag. tit. 4. n. 24.* Ubi tamen svademus, ut Dominus prius in Collegium juridicum mittat, & desuper horum sententiam requirat, qua ratione ab omni suspitione excessus commissi liberabitur.

§. XXXIX.

Sed quid de successore singulari morosi hujusmodi debitoris dicendum? Videndum an præcedens censitus reales vel personales præstationes debeat. Illæ afficiunt quemvis successorem, quorsum & nostri census, sive constitutivi sive reservativi appellantur, referendi sunt, quia bona, super quibus illi vel imponuntur,

nuntur, vel ob quas reservatas tradantur, semper pro istis obligata & hypothecata judicari solent. Nec minus oneribus hujusmodi realibus annumerantur laudemium, canon emphyteuticus, decimæ, tributa, collectæ & similia. *Carpz. p. 1. Const. 28. def. 54.* quamvis quoad laudemium & canonem emphyteuticum multi dubitent *Casp. Manzius Decad. 3. qv. Fd. § 22.* cujus rationes extra Saxonicas ditiones non spernendas putamus. Hæ vero personales præstationes hæredem censiti, non successorem singularem, tangunt, ut est mortuarium, *der Todt und Haupt-Fall*, vel emolumenta successoria, ubi mortuo censito Dominus optimum caput quadrupedis, vel meliorem vestem sibi appropriat, vel loco illius certam pecuniæ summam juxta patrimonii quantitatem determinandam accipit, aut etiam censito sine legitimis heredibus mortuo, ab intestato succedit, quod in Franconia & illis locis, ubi proprii homines habentur observari testatur. *P. M. Webner Observ. Pract. voce Haupt-Fälle Manzius d. l. g. 23. & alii*, quorsum & residua debita ex Jure detractus, *Abzugs-Gelder*, pœnæ judicibus & ministris eorum competentes, *Bussen / straffen / Nachwandel / oder Nachrecht*, ubi hoc receptum, & similia quæ ex specialibus pactis & contractibus debentur, referimus.

§. XL.

Deinde censito adversus Dominum post contractum perfecte initum, neque traditionem fundi secutam, datur actio ex illo contractu, per quem ad prædium

dium censiticum præstandum se obligavit. E. g. emti, vel & stipulatu, conditio ex moribus, aut similis ad fundum venditum tradendum, adeo ut nec præstando interesse liberetur. Neque actio ad interesse censito deneganda, si ex mora Domini culposa damnum censito emerferit, aut utilitas insignis intercepta fuerit. *Lauterb. Compend. Jur. lib. 19. tit. 1. fol. 571. fin.* Ubi vero fundum censiticum jam possidet, distinguimus an auxilium imploret adversus Dominum, vel tertium & extraneum: priori casu, si Dominus novos census aut exactiones pro sua libidine imponere vel operas in grandes pensiones mutare tentet, hincque subditos in squalidos carceres detrudat, subveniendum his est contra sævitiam hanc Dominorum: cum interfit Reipubl. ne quis re sua male utatur: ubi cumprimis ratio humanitatis, & animæ humanæ commiserationis habenda est. Et sicut hac in parte Camera Spirensis adversus Dominos, immediatos Imperii subditos, mandata sine clausula decernit, imo si admonitioni non paruerint, feudo & Jurisdictione illos privare potest *Gail. lib. 1. Observ. 12. Mynsing cent. 5. Observ. 8. Petr. Fried. de Processu lib. 2. cap. 13.* ita multo magis adversus Dominos inferiores, e Principum Cancellariis, aut provincialibus Curiis animadversiones, aut decreta severiora expectanda, & Dominis istis merito metuenda sunt. Sic & opposita exceptione præscriptionis censiti contra Dominos tuendi sunt, tam quoad census præteritos, quam futuros, si intra terminum Saxonicum tricesimalem eos vel plane non, vel in minori & viliori moneta, aut frumenti specie solverint, vel uniformem

mem censum pro operis & servitiis præstiterint, & Dominus hæc rursus, aut monetam præstantiorem & nobiliorem petere præsumat, *Consl. Elect. 2. 3. 4. p. 2. ibique Carpzov.* quæ tamen extra Electoratum nostrum usa non observari testatur *Job. Koppen decis 13. n. 12.*


§. XLI.

Adversus tertium censito sub veniendum vel actione legitima, vel interdictio prætorio. Illa erit omnis dominis rerum suarum alias pro qualitate factorum competens. Hoc, nempe interdictum prætorium, vel possessionem fundi censitici retiendam respicit, ubi interdictum uti possideris contra quemvis turbantem ei suppetias feret, vel possessionem recuperandam, ubi interdictum unde vi, vel plenius actio de spolio, ex can. redintegrandam c. III. qv. I. accommodanda. Neque adipiscendæ possessionis interdictis uti prohibebitur. Cæterum contra Dominum spoliatum in factum actio acensito instituenda *Ludw. p. 41. nisi vis armata a Domino illata Struv. c. 11. tb. 3. n. 1. Vid. Ludovicus Postius Tr. de Manu tenent obs. 16. n. 67.* In genere vero notandum, quod cum censiti nostri rurales sint homines plerumque inopes, ignari, & in fatali quasi miseria viventes, hinc causas eorum summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu & figura judicii, sola facti veritate inspecta, per nudam officii judicis implorationem tractandas esse, quod sicut juri civili conforme, ita observantia Saxonica probari graviter docet *Carpz. lib. 6. Resp. ult.* Hoc eo magis

E

māgis obtinet, si lis utrinque inter rusticos ventiletur, prout mandata Electoralia speciatim Præfatis hinc inde insinuata liquido monstrant. Ubi tamen rustici probe admoniti de concordia de cretis sui Magistratus der Beampten, oder Gerichtshalter Abschiede, acquiescere renuant, eis beneficium leuterationis, vel appellationis, velut quæ præsidia & remedia communia adversus iniquitatem & affectum præcipitantem judicorum habentur, negandum non est. Queis, cum præter spem paginas impletas videam, pro in situto speciminis Academici subsisto, & lectoris favori atque affectui benevolo me commendo.





94 A 7380

ULB Halle


3

004 073 428



June 1899
VD 17
57





DISPUTATIO JURIDICA
DE
**PRAEDIIS
CENSITICIS
RVRALIBVS**

37
QVAM
PRAESIDE
DN. CASPARIS ZIEGLERI
JCTI ET ANTECESSORIS IN HAC ACADEMIA
FAMIGERATISSIMI, POTENTISSIMI ELECT. SAX.
CONSILIARII, ET FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII
MAXIME MERITI

DOMINI ET PATRONI SVI INDEFESSO
OBSERVANTIAE CVLTV PROSEQVENDI
LITTERATORVM JVDICIO, EA QVA PAR EST VENERATIONE
SISTET EXAMINANDAM
IN AVDITORIO JCTORVM

DIE XV. JVN. MDC LXXXVII

A. ET R.
MAGNVS LOESER.

VITEMBERGÆ, RECVSA 1745.

5